



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Das Grössere Krancken-Buch, Sampt vorhergehender
Fürbereitung Zu einem Seeligen End, P. Martini, Capucini**

Martin <von Cochem>

Franckfurt am Mayn, 1689

Gebett nach der letzten Oehlung.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60465)

Demum Sacerdos alloquatur infirmum hoc aut simili modo.

Zesund habt ihr nun diß H. Sacrament empfangen/und seyd nun gegen die Anfechtungen des bösen Feindes bewaffnet. So danket nun dem lieben Gott für die grosse Gnad/und sprecht zu ihm mit Andacht folgendes Gebett.

Gebett nach der letzten Oehlung.

OAllergütigster Jesu / nun hab ich diß H. Sacrament empfangen / darnach ich so herzlich verlangt hab. Nun bin ich an meinem ganzen Leib gesalbt / und gegen alle Anläuff des bösen Feinds gestärckt. Deswegen thue ich mich von Herzen bedanken / daß du mich hast würdig gemacht / diese H. Oehlung zu empfangen/ welche viel tausend Menschen vor ihrem Tod nicht haben können erlangen. So bitt ich dan / du wolst dieselbige an mir lassen Krafft haben / und mich dardurch an Leib und Seel gesund machen. O gütigster Jesu / der du uns durch deinen Apostel versprochen hast/ daß das Gebett der Kirchen den Krancken werde helffen / und daß ihm seine Sünden durch die Salbung des H. Oels sollen verziehen werden/ ach lasse diese deine Verheißung an mir wahr werden / und verleyhe mir durch die Krafft dieses H. Sacraments / die
Gesund.

Gesundheit Leibs und der Seelen. Lasse das Gebett des Glaubens mir helfen / und laß die Verdienst deiner H. Kirchen mir zu gut kommen. Erleichtere mich / O gütigster HERR / und verleyhe mir meine vorige Gesundheit. Verzeihe mir meine Sünden / deren ich so sehr viel begangen hab / und lesche auß die Mackelen so meine Seel darvon empfangen hat. Und endlich stärke mich wider die Anfechtungen des bösen Feinds / und bewahre mich für dem Tod der Seelen und der ewigen Verdammuß. Amen.

Demum det ipsi crucem osculandam dicens:

Küsset abermahl das H. Creuz / und befehlt euern Leib und Seel in die fünf Wunden Jesu Christi. Opffert ihm alle euer Schmerken in sein durchstochenes Herz / und befehlt vielmahl euren Geist in seine H. Hand. Übergebt euch nunmehr ganz in seinen Göttlichen Willen / und habt allzeit den H. Namen Jesus und Maria in euerem Mund und Herzen. Küsset auch oft das H. Creuz / und bespränge euch vielmahl mit dem H. Wehwasser.

Det ipsi crucem in manus, & relinquat ei eandem pro sua devotione: quia hoc expresse precipitur in Rituali Romano his verbis: Denique Aquam benedictam & crucem, (nisi infirmus) aliam habeat) eoram eo relinquat: ut illam frequenter aspiciat, & pro sua devotione osculetur & amplectatur. Ex quibus ver-

bis colligitur, quod nullus debeat mori sine Aqua benedicta & cruce. Conabitur ergo quilibet Parochus sculpi devotam crucem, pro Agonizantibus, quam singulis usq; ad obitum relinquat.

Ultimò aspergat eum Aquâ bened. dicens;

PER asperisionem pretiosissimi sanguinis Domini nostri Jesu Christi, & per virtutem amarissimæ passionis & mortis suæ, purificet Dominus animam tuam ab omni macula, & liberet te ab omni tentatione Diabolica. In nomine Patri † & Filii &c.

BENEDICTIONES SUPER INFIRMOS.

Sacerdos quando visitat infirmum, portet semper *Stolam secum. & ante discessum legat semper unam, vel plures ex seqq. Benedictionibus super eum: quia sunt valde efficaces tam contra spirituales, quam corporales infirmitates. Repellunt etiam & enervant malignas vires Daemonum, & reserunt atq; confortant afflictam animam.*

Sacerdos igitur indutus stolâ (vel sine ea, si non ad sit) stans super infirmum dicat;

Adjutorium nostrum in nomine Dei.

Qui verbum caro factum est, & habitavit in nobis, nascens ex Maria Virgine; ille per viscera misericordiæ suæ, in quibus visitavit nos Oriens ex alto: & per merita atque intercessionem ejusdem beatissimæ Virginis Mariæ, Matris suæ: nec non & per gloriosa merita sanctorum Apostolorum,
Mar-

Martyrum, Confessorum, Virginum omniumque Sanctorum: quorum nomina & intercessionem super te invoco. Ille inquam per efficaciam sacratissimæ benedictionis hujus dignetur te liberare ab omni malo, confortare in omni bono & per felicem mortem perducere ad vitam æternam. Am.

Aspergatur aqua benedicta in modum crucis.

Benedicat te Deus † Pater, qui te creavit in carne: benedicat te Deus † Filius, qui te redemit in cruce. Benedicat te Deus † Spiritus S. qui te sanctificavit in Baptismo. Benedicat te sancta & individua Trinitas † cum omni sua efficacia. Benedicat te beatissima Virgo Maria † benedictione suâ maternâ. Benedicant te omnes Sancti & Sanctæ Dei † benedictione cœlesti & efficacissima. Et ego Sacerdos Dei, licet indignissimus, benedico te, in nomine sanctæ matris Ecclesiæ, juxta potestatem ab ea mihi traditam. Atque hæc benedictiones sint & permaneant in corpore tuo, & in corde tuo, & in anima tua, & in spiritu tuo, & in morte tua. Ne accedere ad te audeat maledictus ille spiritus: sed virtute harum benedictionum fugiat procul à te, territus signo sanctæ crucis, † Domini nostri Jesu Christi: qui cum Patre & Spiritu S. vivit.

Iterum

Iterum aspergatur aqua benedicta.

Sancte Deus † Pater, qui te creavit sua
Potentia, Sancte te Deus Filius † qui te
redemit suo sanguine. Sancte te Spiritus †
Sanctus, qui te sanctificavit infusione sue
gratiæ. Sancte te beatissima Trinitas virtute
sua Deifica, & per omnium Sanctorum suo-
rum merita. Ut corpore & anima pariter
sanatus (sanata) laudes Divinam Omnipot-
entiam, & enarres omnia mirabilia sua.
Amen.

*Hic imponat extremitatem stola super caput infirmi,
& dexteram suam super stolam dicens:*

Super ægros manus imponent & bene ha-
beant. Jesus Mariæ Filius, mundi sa-
lus & Dominus meritis omnium Sancto-
rum suorum sit tibi clemens & propitius.
Amen.

ψ. Dne exaudi. Dnus vobiscum. Oremus.

DEUS, qui discipulis tuis dedisti pote-
statem super ægros manus imponendi,
ut bene habeant: da quæsumus: ut quod
vita nostra non meremur, id nobis virtute
Ordinis sacerdotalis, & meritis ac precibus
beati N. omniumque Sanctorum conceda-
tur; quo per impositionem manuum no-
strarum hic famulus tuus ab omni infirmi-
tate mentis & corporis liberetur, & post
hanc

hanc vitam gaudia æterna consequatur. Per Christum.

Oremus.

DEUS humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui nos servos tuos non nostris meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ, ad sacerdotale officium vocare dignatus es; da fiduciam tui muneris exequendi, & ipse in nostro ministerio, quod tuæ est potestatis, operare. Atque intervenientibus precibus & meritis beati N. omniumque SS. tuorum concede propitius; ut hic famulus tuus, in infirmitate corporis constitutus, per tuam benedictionem, manuumque nostrarum impositionem ab eadem citius liberetur: & peccatorum suorum remissione percepta, integrâ mentis & corporis sanitate læteretur. Per Christum.

Oremus.

DEUS, qui in Filii tui Humilitate jacentem mundum erexisti: Deus qui miserabiliter lapsos, & variis peccatis irretitos Sacerdotum ministerio mundari præcepisti: Deus qui per manus tuæ impositionem animarum & corporum morbos fugasti, idemque opus à discipulis tuis eorumque successoribus fieri voluisti: exaudi preces nostras
pro

Pro hoc famulo tuo, infirmitate corporis gravato: & manum pietatis tuæ manibus nostris suppone; ut per hanc manus impositionem, te operante, & suffragantibus meritis & precibus gloriosissimi famuli tui beati N. omniumque SS. descendat super eum cœlestis benedictio, gratiaque Spiritus Sancti: ut ab omnibus venenosis nocuentis, universisque infirmitatibus & periculis animæ & corporis liberetur. Per eundem Dominum.

SAnet te Deus noster Jesus Christus: intercedat pro te beatissima V. Maria; orent pro te omnes beatorum Spirituum Ordines: interveniant pro te omnes Sancti & Sanctæ DEI; ut plenam & perfectam sanitatem consequaris. In nomine Patris †.

Det ei stolam osculandam, & addat.

Benedicat tibi Dominus & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi & misereatur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus † Sancti descendat super te, & maneat semper tecum. Amen.

Demum aspergat eum aquâ benedicta.

Wie